



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

II. Vtrùm auxilium excitans sit actus in ordine gratiae sanctificantis
adulorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

enim auxilium gratiæ primò diuigi in auxilium, in intellectu, vel in voluntate receptum, quæ diuifio generatim fumpta nullâ indiget expofitione, nam vñum in actibus, vel motionibus in voluntate receptis, aliud in illuftratione intellectus confiftit. Secundò diuidi potest vtrumque auxilium in fupernaturale quoad fubftantiam, vel quoad modum, quam diuifionem in dicto Proleg. 1. fufficienter pro loci opportunitate declarauit. Et ex dictis in duobus libris præcedentibus ex parte effectuum, feu terminorum amplius explicata eft; nam auxilium in fubftantia fupernaturali ad actus in fe fupernaturales neceffarium eft; illud verò datur ad actus ordinis naturalis, folum quoad modum fupernaturale requiritur. Quomodo autem in feipfis hæc auxilia diftinguantur, in cap. huius libri dicitur. Tertiò diuiditur auxilium gratiæ in excitans, & adiuuans, ad quæ membra reuocamus alia fimilia, quæ à PP. traduntur, nimirum auxilij operantis, & cooperantis, præuenientis, comitantis, & fubfequentis, ac denique, illud quod fpecialiter dicitur dari per modum confuſius; de quibus omnibus eo ordine, quo propofita funt, in difcurſu huius libri dicturi fumus. Quartò diuiditur auxilium gratiæ in fufficiens, & efficax, quæ membra in duobus libris fequentibus declarabimus.

Tertiò, in auxilium excitans & adiuuans.

Quartò, in fufficiens & efficax.

CAPVT II.

Vtrum auxilium excitans fit primum in ordine gratiæ fanctificantis adultorum.

^{1.} **S**upponimus interna auxilia gratiæ propria eſſe adultorum & ratione vrentium, quia in operatione rationali aliquo modo confiftunt, & ad actus liberos efficiendos conferuntur; ideòque infantes ſicut ad liberè operandum, ratione vrentium apti non funt, ita neque auxiliorum gratiæ funt capaces; & ideo in hoc, & duobus fequentibus libris, etiam interdum ſimpliciter de fanctificatione loquamur, de ſola fanctificatione adultorum ſemper intelligimus, quod ſemel admonuiſſe ſufficiet. Supponimus deinde dari vñum ex auxilijs ſub illa generali vocè, videlicet ſub fanctificatione quod continetur ſub nomine vocationis, locis in procemio huius libri allegatis, & Rom. 8. Marc. 2. & alibi ſæpe, & ſub nomine pulſus, Apocalypſ. 3. & ſub nomine locutionis ad cor, Oſe. & vox ipſa excitationis ſatis inſinuatur Dan. 13. ibi, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Danielis pueri. Perinde etiam dictum eſt, ac ſi diceretur *excitauit*, & ita etiam dixit Petrus Ep. 2. cap. 3. *Veſtram excitò in commotione ſinceram mentem.* Et Eccleſia frequenter publicè orat: *Excita Domine corda noſtra, excita Domine tuorum fidelium voluntates*, &c. & ex Concilijs, & PP. plura ſtatim afferemus Ratio autem potiſſimè petenda eſt fragilitate liberi arbitrij ad opera virtutis, & pietatis, nam inde oritur neceſſitas huius auxiliij, quæ magis in ſequentibus declarabitur.

^{2.} Tertiò ſupponimus fanctificationem hominis adulti, vt complectitur non ſolum formæ fanctificantis infuſionem, ſed diſpoſitiones etiam, quæ ad illam præcedunt, non vno momento, nec vno actu, ſed plurimum ſucceſſione fieri, & ideo priuſquam quid fit hoc auxilium declaremus, neceſſarium iudicamus exponere, an via generationis, iuſtificationis initium ab hac gratia ſu-

^{3.} Supponimus fanctificationem hominis adulti, vt complectitur non ſolum formæ fanctificantis infuſionem, ſed diſpoſitiones etiam, quæ ad illam præcedunt, non vno momento, nec vno actu, ſed plurimum ſucceſſione fieri, & ideo priuſquam quid fit hoc auxilium declaremus, neceſſarium iudicamus exponere, an via generationis, iuſtificationis initium ab hac gratia ſu-

mat. Quod ſimili ferè modo quæri poteſt de quolibet opere pietatis, quod eſt primum in aliquo tempore, vel ſerie operationum, quando videlicet homo prius de illo nihil cogitabat, & poſtea illud operatur; nam illa etiam mutatio non in momento fit, nec ſine ſucceſſione plurium actuum interiorum, & ideo ibi etiam quæri poteſt, an gratiæ auxilium, quod ad tale opus datur, ab excitante incipiat.

Ratio dubitandi eſſe poteſt, quia gratia excitans in aliquo vitali actu confiftit, ſed prima Ratio dicitur gratia auxilians non poteſt eſſe actus vitalis; ergo gratia excitans non poteſt eſſe prima gratia auxilians. Maior ſupponitur tum ex communi ſententia, tum ex vi vocis, nam excitatio interna non fit ſine hominis attentione, & vigilia, & hæc non fit ſine actu vitæ. Minor probatur primò, quia gratia prima auxilians debet fieri in nobis à ſolo Deo: actus autem vitalis non fit in nobis à ſolo Deo, vt ſupponimus. Ergo actus vitalis non eſt prima gratia auxilians. Conſequentia eſt clara: oſtendit & maior teſtimonijs, & rationibus oſtendi poteſt. Primum teſtimonium ſit illud Pſal. 120. *Auxilium meum à Domino, qui fecit celum & terram.* quod additum videtur, vt intelligamus, ſicut ſolus Deus fecit celum & terram, ita à ſolo Deo eſſe noſtrum auxilium, non à nobis, & ideo etiam non dicit, à Domino, & à me, quia ſolus Deus confert tale auxilium. Secundò, ex illo Apoc. 3. *Secunda Ecce ſto ad aſium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, &c.* Vbi duo diſtinguntur, vñum eſt pulſare, quod eſt ſolus Dei, aliud eſt audire, quod eſt etiam ab homine: homo autem non excitatur donec audiat; ergo antequam excitetur, excipit etiam gratiam præuenientem, qua pulſatur, ergo datur gratia præueniens prior excitante. Tertiò probatur ex Concilio Arauſic. 2. can. 20. dicente: Multa in homine bona ſunt, quæ non facit homo; quod maximè dictum eſt à Concilio propter gratiam primam præuenientem, quæ homo à Deo mouetur, vt contra Semipelagianos doceat illam primam gratiam, quæ eſt initium ſalutis, non pendere à natura, ſed à ſolo Deo. Ergo illud primum auxilium ex mente Concilij, nullo modo ſit ab homine, ac proinde non eſt actus vitalis, nec gratiam excitans.

Præterea poteſt rationibus confirmari. Prima quia motus gratiæ excitantis, eſt in ſe fupernaturalis, vt infra oſtendemus: ergo non poteſt fieri à potentia naturali animæ, niſi conſtituta ſit ſaltem primò natura, per aliquod principium fupernaturale illi intrinſecum, & inhærens, vt per ſeipſum illud in actu primo conſtituatur. Ergo primum donum gratiæ actualis eſt infuſio illius principij gratuiti, quo intellectus, vel voluntas conſtituitur in actu primo ad efficiendum actum vitalem; fupernaturalem etiam non liberum, & ita ſolus Deus efficit in nobis primam gratiam ſine nobis actuè, ſed tantum paſſiue concurrentibus. Poſterior illatio data eſt. Prior autem probatur. Primò, quia actus ſecundus ſupponit eſſentialiter actum primum; ergo non poteſt naturalis potentia efficiere actum fupernaturalem, quoad ſubſtantiam, niſi prius conſtituatur in actu primo etiam fupernaturali, etiam ipſa vitalitas eſt fupernaturalis. Ergo debet eſſe à principio intrinſeco fupernaturali; ergo ante actum vitalem fupernaturalem debet ſupponi alia prior gratia, quæ non fit actus vitalis. Tertiò, quia aliàs primum initium noſtræ ſalutis non eſſet reducendum in ipſum Deum ſolum, ſed in Deum & naturam, quod nullus Theologus concedet; quia videtur ad Semipelagianiſmum accedere. Sequela probatur, quia actus vitalis excitantis gratiæ non pendet à ſolo Deo.

Deo. sed etiam ex potentia nostra, ut quædam natura est, necessitate quadam naturali influens, in tales actus. Quartò, quia gratia præueniens, qua Deus nos mouet ad hos actus gratia excitantis, non est influxus immediatus in ipsos actus; ergo ille influxus non est ab ipsis potentiis, nam ipse non efficiunt in se aliquid præuium, ad actus. Ergo ille influxus non est actus vitalis, sed prius ipso. Antecedens probatur, quia si Deus solum influeret in actum cogitationis, v. g. gratia excitantis, talis cognitio esset sola ex sola facultate naturæ cum concursu Dei, contra illud Pauli 2. Cor. 3. *non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Nihilominus dicendum est, primum donum gratiæ, quod Deus homini confert in ordine ad eius sanctificationem, esse aliquam gratiam excitantem. Hæc assertio est cõmunis Theologorum, qui de his gratiis clariùs, & expressius scripserunt, quos in sequentibus referam, quamuis illam non tam disputare, quam supponere videantur, & quamuis in assertione de interna gratia loquimur, possumus eius probationem ab externa inchoare, quia in adultis prima gratia exterior necessariò esse debet etiam exteriori excitans, utique per verbum Dei, iuxta Paulum ad Rom. 10. dicentem, *fides est ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Est enim fides humanæ salutis initium, ac fundamentum, & radix totius iustificationis, ut dixit Concil. Trident. sess. 6. cap. 8. initium autem fidei externum est prædicatio Verbi Dei quæ mentem excitat. Ergo prima gratia exterior ad iustificationem pertinetur gratia excitans est. Idem autem non minus certum est de interna gratia. quod probatur, primò ex Concilio Tridentino supra cap. 5. dicente, declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione. Manifestum autem est vocationem esse gratiam excitantem, ut idem Concil. paulò pòst declarat, dicens, ut per eius excitantem gratiam: & in doctrina Augustini. est manifestum, postea declarabimus. Potestque declarari ex vocatione sensibili, nam illa nihil aliud est, quam quædam excitatio, quæ per sensum vsque ad mentem peruenit, ergo etiam interna vocatio Spiritus sancti nihil aliud est, quam excitatio ab eodem Spiritu sancto menti indita. Præterea idem Concilium in cap. 7. describit totam seriem gratiarum, & motionem Spiritus sancti, quæ in iustificatione interuenire solent ab exordio eius, vsque ad finem, & tamen caput illud sic inchoat. Disponuntur autem ad ipsam iustificationem dum excitati diuina gratia, &c. ergo excitantem gratiam ponit tanquam primam, & tanquam totius iustificationis initium. Secundo argumentari possumus in hunc modum, quia illuminatio, seu inspiratio Spiritus sancti gratia excitans est: sed prima gratia, quæ hominibus adultis datur, ad inchoandum in eis sanctificationem, est inspiratio, & illuminatio; ergo gratia inchoans iustificationem est gratia excitans. Consequentia est clara, & minor est certa, probabiturque in capite sequenti. Minor autem probatur a pèrte ex Concilio Tridentino in loco citato, nam cum dixisset, exordium iustificationis esse à vocatione, quæ per excitantem gratiam fit, subiungit. Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritum sanctum illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, &c. ubi aperte declarat actum cordis fieri per Spiritum sanctum illuminationem, & ita tacite exponit illud Apoc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso.* nam idem est tangere ac pulsare cor, & reuera idem est excitare illud. Atque

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

ita ex illo loco optimè probatur tam assertio, quam dicta minor propositio: iam primus actus, seu pulsatio cordis à Spiritu sancto facta est prima gratia ejus in hoc genere, sed hic tactus fit per illuminationem, & inspirationem ejusdem Spiritus sancti. Ergo illuminatio, seu inspiratio Spiritus sancti est prima gratia auxilians, ac proinde excitans gratia similiter est prima. Et confirmatur hæc ratio tam ex dicto Concilio Tridentino, quam ex Arausicano. Hæc enim Concilia, ut docerent gratiam absolute loquendo non dari ex meritis, reduxerunt totam gratiarum seriem ad primam, ut eam ante omne meritum dari ostenderent. Sed in hac reductione semper sistunt in diuina excitatione per Spiritum sanctum inspirationem; sentiunt ergo primam gratiam auxiliantem esse excitantem. Consequentia clara est. de Maiori autem postea latè dicturi sumus, nunc illam supponimus. Minor autem satis probatur ex Concilio Tridentino ex locis citatis, & cau. 3. Si quis dixerit sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, &c. & cau. 4. Si quis dixerit, liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum. In quibus locis semper in diuina inspiratione, & excitatione tanquam in prima gratia sistit. Et Concil. Araus. cap. 5. inde docet initium fidei non esse ex nobis, quia affectus credendi per gratia donum fit in nobis, & explicat Concil. id est, per inspirationem Spiritus sancti, utique per primum gratia auxilium. Et similiter in cau. 6. contra Semipelag. definit gratiam Dei non dari credentibus, volentibus, desiderantibus, sed potius, ut credamus velimus, vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus per infusionem, & inspirationem Spiritus sancti in nobis fieri. Et similem doctrinam habet in cau. 7. & aliis, semperque vltimam gratia resolutionem, ac diuinam inspirationem facit.

Et iuxta doctrinam hanc dixit Bernardus lib. 6. de Gratia & lib. arbitrio. Conatus nostri cæsi sunt, Probatur ex si non adiuuentur, nulli si non excitentur, & ibi si sit tanquam in primo initio. Similiter D. Prosper 2. de vocat. Gen. cap. 26. Gratia, inquit, Dei in nobis, iustificationibus principaliter præeminet, suadendo, illuminando; & subiungit, sed etiam voluntas hominis subjugitur ei, quæ ad hoc prædictis est excitata prædictis, ut diuino in se cooperetur operi. Etiam planè docet initium gratia ab excitante sumi. Omnes denique doctrinam hanc ex August. sumpserunt, qui in libris contra Pelagium, & reliquias ejus illam tradidit, præsertimque hanc gratiam explicat lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. & lib. 83. quæstionum q. 68. & totò libro de Gratia Christi, & lib. 2. de peccatis, ubi cap. 18. dicit, hominem conuerti ad Deum, nisi ipso excitante, & adiuuante non posse, & ubi ponit excitantem gratiam ut primam, & per illam dicit, agi hominem à Spiritu sancto, juxta illud ad Rom. 8. *Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* quod exponens serm. 10. de vero Apost. Aguntur, inquit, Spiritu illuminante, excitante, & adiuuante, ut filij Dei fiant.

Ratione declaratur hæc veritas, quia si compareremus gratiam actualem ad habituales in adultis, prior ordine generationis est actualis, & nunc supponimus, quia habitualis non infunditur sine hominis dispositione, quæ dispositio per actus hominis fit: dispositio autem præcedit formam, vel ordine naturæ si sit proxima, vel temporis si sit remota: sicut regulariter, & secundum communem legem in iustificatione hominis fit, præcedit enim ab imperfecto ad perfectum, & ideo dispositiones remotæ præcedunt etiam tempore habituales gratiam. Ante dispositionem autem remotam, quæ in aliquo actu libero semper consistit, præcedere debet aliquod gratia auxilium, ut ita opus gratia à

F

Deo

Probat. 3. efficax.

Confirm.

Concil. Araus.

6. Probatur ex Patribus. Bernard. Prosper.

August.

Idem.

Rom. 8. 14.

7. Ratione stabilitur assertio.

Declaratur
amplius,

Intellectus
de se est in
potentiā,
nec potest
se reducere
ad actum,
nisi ab alio
excitatus &
adiutus.

August.

2. Cor. 3. 5.

Idem.

Prima gra-
tia intrinse-
ca voluntati
est tactus di-
stinctus à
libero con-
sensu.

Apoc. 3. 20.

Deo solo incipiat; ergo tale auxilium non est nisi excitans. Probatur hæc consequentia, quia auxilium adiuuans propriè sumptum, vt distinguatur ab excitante, non præcedit cooperationem liberam voluntatis ordine temporis, nec causalitatis, vt in sequentibus ostendimus: auxilium autem excitans vtroque modo antecedit consensum liberum; ergo ab illo incipit motio diuina in ordine gratiæ; ergo illa est prima gratia. Secundo hoc ipsum declaratur, quia externa gratia excitans solum esse potest in intellectu, aut voluntate, nam si quæ possunt esse in aspectu sensitiuo, nunc non considerantur, sed quasi externa reputantur. Aut ergo loquimur de prima gratia simpliciter respectu totius mentis (vt sic dicam), vel de prima gratia respectu singularum potentiarum. Priori modo manifestum est primam gratiam actualem in actu recipi debere, quia est prior potentia, neque potest voluntas moueri, nisi medio intellectu. Deinde in ipso intellectu vt operari possit, in aliquo ordine necesse est, vt præcedat aliqua excitatio; quia non potest apprehendere, nisi ab alio motus, quia de se est impotentia, quæ non potest se reducere in actum, nisi ab alio excitatus, & adiutus qui ordo etiam in naturalibus actionibus seruatur. Ergo multo magis in supernaturalibus, vt intellectus possit ad propriam operationem supernaturalem eleuari, necesse est, vt supernaturalis excitatio in illo antecedit. Illa ergo est prima gratia respectu intellectus, & consequenter etiam respectu totius mentis, seu partis rationalis. Atque hoc modo Augustinus lib. de prædestinat. Sanctior in principio reuocat totam gratiarum seriem ad sanctam cogitationem, quæ non potest esse à nobis, sed ex Deo, iuxta illud Apostoli 2. ad Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid (vtique ad salutem pertinentes) à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et eandem doctrinam habet lib. de Bono perseuer. cap. 19. & lib. 2. contra 2. epistolas Pelagianor. cap. 8. & alibi frequenter, præsertim in dicta quæst. 2. ad Simplician. Ex hac igitur parte sanctæ cogitationis excitatio prima gratia est. nam ante primam cogitationem est homo quasi dormiens, per cogitationem autem excitatur: respectu autem voluntatis illam excitatio intellectus dici potest prima etiā gratia voluntatis, quia licet subiectiuè sit in intellectu, de se voluntatem allicit, & attrahit. Tamen hæc non est prima gratia intrinseca, seu inherens ipsi voluntati, & ideo in ipsamet voluntate distinguendus est tactus, seu motus Spiritus sancti à libero consensu, quæ duo in dicto loco Apocalypsi. 3. per verba pulsandi, & aperiendi declarantur: prius autem est pulsare, quàm liber consensus; ergo gratia excitans, per quam ille tactus fit est prima inter gratias voluntatis. Quàm verò sit necessaria hæc gratia, & quòd sit munus ejus, postea videbimus. Ad rationes dubitandi in principio positas in sequenti capite commodius respondebimus, duas enim quæstiones postulant, quas ibi tractabimus.

CAPVT III.

Virum Gratia excitans sit actus vitalis hominis.

1. Opinio docet primam gratiam excitantem non esse actum vitalem

DVas opiniones ad hoc punctum pertinentes inuenio, quæ in vno principio conueniunt, in assertionibus autem multum differunt. Prima opinio dicit primam gratiam excitantem non esse actum vitalem, sed quandam priorem gratiam, quæ sit principium actus vitalis, Fundamenta hujus opi-

nionis sunt duo, tacta in rationibus positæ capite præcedenti in principio. Primum est, quia prima gratia præueniens debet fieri à solo Deo in nobis, id est, non concurrentibus, nec moraliter, nec physice illam efficiendo; ergo non potest esse actus vitalis. Secundum est, quia actus vitalis, qui est per se actus gratiæ, & actus supernaturalis; ergo vt à nobis fiat, necessario supponit aliam gratiam, quæ det nobis vires ad efficiendum talem actum, quia non potest fieri per solas vires naturæ; ergo prima gratia excitans non potest esse actus vitalis. Non negat autem hæc opinio, quin aliæ excitantes gratiæ quæ post primam sequuntur, possint esse actus vitales, vel necessarii, vel interdum etiam liberi.

Altera opinio est gratiam excitantem etiam primam esse actum vitalem, & nihilominus non fieri à nobis effectiuè, sed à solo Deo. Prioris partis fundamenta postea videbimus: posterior autem fundatur in illo principio, in quo hæc sententia conuenit cum præcedenti, quòd Deus has præuenientes gratias facit in nobis sine nobis, nam ex illo colligit hæc opinio talem gratiam, etiam si actus vitalis sit non fieri à nobis. Antecedens probatur testimonio Concilij Arausiaci supra adducto, multa esse in homine bona, quæ non facit homo, quod præcipue dictum videtur propter gratias excitantes, vt ex Augustino, à quo sumpta illa sententia, intelligi potest, lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 8. Et sic etiam Bernard. lib. de Grat. & lib. arbitrii. circa finem dicit, Deum solum operari in nobis exordium salutis, non per nos, neque nobis. Et ibidem adiungit gratiam excitare liberum arbitrium, dum seminat cogitatum. Et eodem modo loquitur Anselmus circa id. 1. ad Corinth. 15. Non ego sed gratia Dei mecum. Supernus inquit pietas aliquid agit in nobis sine nobis, vt subsequente libro arbitrio bonum quod appetimus agat nobiscum. Et eodem modo loquitur Gregor. cap. 10. alias 11. Consequentia vero probatur, quia non repugnat cogitationem, aut motum vitalem fieri Deo in nobis sine nobis physice etiam concurrentibus; ergo ita exponendæ sunt dictæ locutiones Patrum, vt cum omni proprietate intelligantur.

Nihilominus communis, & vera sententia duabus assertionibus continetur. Prior est, gratiam excitantem etiam primam esse actum vitalem intellectus, vel voluntatis; ita sentiunt omnes auctores infra referendi, & probatur ex dictis in præcedenti capite, vbi ostensum est primam gratiam esse excitantem, eamque in illuminatione, & inspiratione consistere. At illuminatio, & inspiratio actus vitales sunt, vt est per se notum; ergo prima gratia excitans actus vitalis est. Simile argumentum est, quod ex vocatione, & initio iustificationis sumitur: nam vocationis est iustificationis initium, ac subinde prima gratia excitans; sed vocationis Dei interna, vt in nobis fit, & recipitur, non est sine aliqua actione vitali, imò in illa consistit; ergo prima etiam gratia excitans vitalis actio est. Major satis probata est supra ex verbis Concilij Trident. sess. 6. cap. 5. Declaratur iustificationis exordium in adultis, & ab eius vocationis esse sumendum, quam vocationem statim explicat per gratiam excitantem. Idemque tradit Augustinus citatis locis, ideoque in dicto libro 83. Quæstionum q. 68. dixit: Si quis sibi tribuat quòd venerit vocatus, non tamen potest sibi tribuere quòd vocatus sit, quia nimirum à vocatione sumitur initium. Minor item propositio ex eisdem locis probatur, nam vocationis Dei interna nihil aliud est, quàm illustratio quædam mentis, & inspiratio, qua Spiritus sanctus potentias nostras ad bene operandum erigit, & inflammat; vt idem Concilium significauit, dicens Deum vocando hominem tangere cor ejus per Spiritus sancti illuminationem, quam statim etiam inspirationem vocat. Et eodem modo loquitur Augustinus,